

Villa regalis Posilia, in certis pecuniarum  
summis, Georgio de Baysen succamerario  
Marienburgensi obligatur.

76

Alexander Dei gratia rex Polonia, magnus dux  
Lithvanie, Russiae, Prussiaeque dominus et haer-  
res. Significamus tenore presentium quibus ex-  
pedit universis, quia nos satisficientes successoribus  
olim magnificorum Stiborij, Joannis et Nicolai de  
Baysen pro debitis, quae per olim maiestatem ve-  
giam paternam, apud eos contracta, inscriptaque illis  
fuere, quemadmodum Nicolaus de Cijemijen uni ex  
successoribus predictis, unum mille florenorum in  
bonis nostris inscripsimus; sic alteri successorum  
predictorum, videlicet generoso Georgio de Baysen  
succamerario Marienburgensi fideli dilecto, ipsi-  
usque successoribus alterum mille florenorum Hun-  
garicalium, in moneta tamen et numero, commu-  
niter in terris nostris Prussiae currentem, quos ite-  
lis in bonis nostris Nove inscribendum duxera-  
mus, exinde eorum inscriptionem transferendo, eos  
ipso mille florenos Hungaricales in moneta et  
numero predictis, in villa nostra regali Posilia  
tenute ipsius Georgij inscribendum decrevimus, in-  
scribimusque presentibus, per ipsum Georgium suc-  
camerarium et successores eius legitimos, villam pre-  
dictam Posilia, iuxta vim, effectum et tenorem lite-  
rarum et inscriptionum, super eandem villam iuste  
concessarum, tenendum, habendum, possidendum et  
utiz

utifruendum pacificè tandem, quousque prefati  
mille floreni Hungaricales, unà cum aliis sumi-  
mis in aliis literis iuste inscriptis, per nos et  
successores nostros, predicto Georgio aut succes-  
soribus eius, simul et ex integro persolventur,  
quo facto possessio tandem villa prefata, ad nos  
et successores nostros redibit et devolvetur ple-  
no iure, salvis iuribus nostris. Harum quibus  
sigillum nostrum est subappensum testimonio li-  
terarum. Datum in Brzesczye Lithuaniae, feria  
tertia proxima post Dominicam Letare, anno  
Domini millesimo quingentesimo quinto.

Johannes de Lasko regni  
Poloniae cancellarius

Ta kopia przepisana z oryginalu pargaz  
minowego Dnia 15. miesiaca Czerwca.  
U dotu na zawiazie pargaminowej wi-  
si pieczęć na massie czerwonej wyciwniona.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*